

CANONES.

1. *Herbæ*, plantarum *Summitates* & *Flores*, *siccantur* celeriter ad modicum ignem, vel in aëre calido, non humido. *Radices*, prius mundatæ, eodem *siccari* debent modo.

2. *Resinæ*, vel *Gummi-resinæ*, in pulverem *terantur* frigida tempestate, & ab heterogeneis *separantur*.

3. Pro *pulveribus compositis*, & illis, qui ad *electuaria* requiruntur, *singula ingredientia separatim pulverata ponderentur*, deinde *commisceantur* in mortario idoneo.

4. *Aqua destillata simplex* semper *sumatur* pro *extractis conficiendis*, & ubicumque *aqua fluvialis optima* non *prostat*.

5. *Aquæ per alembicum* *destillent* munitum *refrigeratorio*, quod *aqua frigida* semper *impletum sit*.

6. *Aquæ destillatæ* in *lagenis vitreis*, *subere* non *nimis occlusis*, *serventur*.

7. *Aceta vinaque medicata*, *elixiria* & *tincturæ*, in *vasis vitreis clausis* semper *parari* debent.

8. *Acetis vegetabilium* *addatur Spiritus vini re-*

Canones.

*Etificati pars vigesima quarta, ut a fæculis præfer-
ventur.*

9. *Extracta aquosa Spiritus vini rectificatissimi
pauillo irrorentur, ne filum contrahant.*

10. *Syrupis, e succis paratis, addatur mellis pars
vigesima quarta, ut diutius boni serventur.*

